culum servientes quasi hominibus pl-
acentes. Sed ut servi christi facientes vo-
luntatem dei ex animo cum bona vo-
luntate servientes sicut domino et non
hominibus. Scientes quoniam unusquisque
quodcumque fecerit bonum hoc percipi-
et a domino sive servus sive liber.
Et vos domini eadem facite illis remit-
tentes minas. Scientes quia et illo-
rum dominus est in celis et personarum
acceptio non est apud deum. De cete-
ro fratres. Confortamini in domino
et in potentia virtutis eius. Indui-
te vos armaturam dei ut possitis
stare adversus insidias diaboli.
Quia non est nobis colluctatio ad-
versus carnem et sanguinem. sed adver-
sus principes et potestates. adversus
mundi rectores tenebrarum harum.
contra spiritualia nequitie in celestibus.
Propterea accipite armaturam dei
ut possitis resistere in die malo.
et in omnibus perfectis stare. State ergo
succincti lumbos vestros in veritate.
et induti loricam iustitie. et calciati
pedes in preparatione evangelii pa-
cis. In omnibus sumentes scutum fidei.
in quo possitis omnia tela nequissi-
mi ignea extinguere. et galeam salu-
tis assumite. et gladium spiritus quod est
verbum dei. Per omnem orationem et
obsecrationem. orantes omni tempore
in spiritu et in ipso vigilantes in omni
instantia et obsecratione pro omnibus

Dominica xxi post festum trinitatis

i. demones

sanctis et pro me ut detur michi ser-
mo in apertione oris mei cum
fiducia notum facere misterium
evangelii. pro quo legatione fun-
gor in catena. ita ut in ipso aude-
am prout oportet me loqui. Ut au-
tem et vos sciatis que circa me sunt
quid agam. omnia vobis nota fa-
ciet tichicus karissimus frater et fidelis
minister in domino. quem misi ad
vos in hoc ipsum. ut cognoscatis que
circa nos sunt et consoletur corda
vestra. Pax fratribus et caritas cum fide
a deo patre et domino iesu christo. Gratia cum
omnibus qui diligunt dominum nostrum
iesum christum in corruptione. Amen.

Incipit epistola pauli ad philippenses.

Paulus et timotheus
servi iesu christi omnibus
sanctis in christo iesu qui
sunt philippis cum
episcopis et diaconibus. Gratia vobis et pax
a deo patre nostro et domino iesu christo.
Gratias ago deo meo in omni mem-
oria vestri semper in cunctis orationibus meis
pro omnibus vobis cum gaudio depre-
cationem faciens super communi-
catione vestra in evangelio a pri-
ma die usque nunc confidens hoc ipsum
quia qui cepit in vobis opus bonum
perficiet usque in diem christi iesu. Sic-
ut est michi iustum hoc sentire pro
omnibus vobis eo quod habeam vos in corde
et in vinculis meis et in defensione

Dominica xxii

⁊ confirmatione euāgelii socios
gaudii mei omnes uos eē. Testis
enim m̄ est deus. quomodo cupiā
uos in uisceribꝫ ihū xp̄i. Et hoc
oro ut caritas urā magis ac mag̃
habundet in sciencia ⁊ in om̄i sensu.
ut probetis potiora ut sitis sinceri
⁊ sine offensione in die xp̄i reple
ti fructum iusticie per ihm̄ xp̄m
in laudem ⁊ gloriam. Scire autem
uos uolo fratres. qr̄ que circa me
sunt magis ad profectum euan
gelii uenerunt. ita ut uincla mea
manifesta fierent in xp̄o in omni
pretorio ⁊ in ceteris omnibꝫ. ut pl
ures e fratribꝫ in dn̄o cōfidentes
uinculis meis. habundancius aude
rent sine timore uerbum dei loqui.
Quidā ⁊ ꝑ inuidiam ⁊ contencōꝫ.
quidam autē ⁊ ꝑ bonā uoluntatē
predicant xp̄m. Quidam ex cari
tate. scientes qm̄ in defensione eu
uangelii positus sum. Quidā aūt
ex contentione xp̄m annūciant
non sincere. existimantes p̄ssurā
se suscitare uinculis meis. Quid
eñ dum omni modo. siue p occasio
nem siue p ueritatem xp̄s annū
cietur. Et in h̄ gaudeo. s; gaudebo.
Scio enī quī hoc m̄ proueniet in
salutē p uram orōm ⁊ subministra
cionem spiritus ihū xp̄i. secūm exp
tationē ⁊ spem meam. qr̄ in nul
lo cōfundar. s; in omni fiducia si
cut semper ⁊ nunc magnificabit xp̄s
in corpore meo siue p uitā siue per
mortem. m̄ eñ uiuere xp̄s est. ⁊ mori
lucrū. Quod si uiuere in carne. h̄ m̄
fructus operis est. ⁊ qd̄ eligam ig
noro. Coartor eñ autē e duobus
desideriū hn̄s. dissolui ⁊ cū xp̄o eē.
multo melius. pmanere autē in
carne necessariū est ꝑ uos. Et h̄
confidens scio qr̄ manebo ⁊ pmane
bo omnibꝫ uobis ad urm̄ profectū.
⁊ gaudiū fidei. ut gratulacō urā
habundet in xp̄o ihū in me p meū
aduentum iterū ad uos. Tantū
digne euangelio xp̄i cōuersamini.
ut siue cum uenero ⁊ uidero uos.
siue absens audiam de uob. qr̄ statis
in uno spiritu unanimes. cōlabo
rantes fidei euangelii. ⁊ in nullo ter
reamini ab aduersariis que est illis
causa perditionis uob autē salu
tis. Et hoc adeo. qr̄ uobis donatū ē
pro xp̄o. nō solū ut in eū credatis.
s; ut ꝫ pro illo paciamini. idē certa
men habentes. quale ⁊ uidistis in me
⁊ nunc audistis de me.

Si qua ergo consolatio in xp̄o. si qua con II
solatiū caritatis. si qua societas
spiritus. si qua uiscera miseracōis.
implete gaudiū meū. ut idē sa
piatis eandē caritatē habentes una
nimes. idipsum sentientes. nichil
per contentionem. neqꝫ per ina
nem gloriam. s; in humilitate

superiores sibi inuicem arbitrantes. non
que sua sunt singuli considerantes.
sed ea que aliorum. Hoc enim sentite in
uobis quod et in christo ihesu. qui cum in
forma dei esset non rapinam arbitra-
tus est esse se equalem deo. sed semetip-
sum exinaniuit formam serui ac-
cipiens in similitudinem hominum
factus. et habitu inuentus ut homo. Humili-
auit semetipsum factus obediens us-
que ad mortem. mortem autem crucis. Prop-
ter quod et deus exaltauit illum. et dona-
uit illi nomen quod est super omne
nomen. ut in nomine ihesu omne
genu flectatur. celestium terrestrium et
infernorum. Et omnis lingua confitea-
tur. quia dominus noster ihesus christus in gloria
est dei patris. Itaque karissimi mei sicut sem-
per obedistis non ut in presentia mea
tantum. sed multo magis nunc in absen-
tia mea. cum metu et tremore uestram
salutem operamini. Deus est enim qui
operatur in uobis et uelle et perficere
pro bona uoluntate. Omnia autem
facite sine murmurationibus et hesitati-
onibus. ut sitis sine querela. et simpli-
ces filii dei sine reprehensione in me-
dio nationis praue et peruerse. inter
quos lucetis sicut luminaria in
mundo. uerbum uite continentes ad
gloriam meam in die christi. Quia
non in uacuum cucurri. neque in uanum
laboraui. Sed et si immolor supra
sacrificium et obsequium fidei uestre

gaudeo et congratulor omnibus
uobis. Idipsum autem et uos gau-
dete et congratulamini michi. Spero
autem in domino ihesu thymotheum
me cito mittere ad uos. ut et ego
bono animo sim cognitis que circa
uos sunt. Neminem enim habeo tam
unanimem qui sincera affectione
pro uobis sollicitus sit. Omnes
enim que sua sunt querunt. non
que ihesu christi. Experimentum autem eius xvi.
cognoscite. quia sicut patri filius
mecum seruiuit in euangelio. Hunc
igitur spero me mittere ad uos mox
ut uidero que circa me sunt. Con-
fido autem in domino. quoniam et ipse ueniam
ad uos cito. Necessarium autem
existimaui epaphroditum fratrem
et cooperatorem et commilitonem
meum. uestrum autem apostolum et minis-
trum necessitatis mee mittere ad
uos. Quoniam quidem omnes uos desi-
derabat et mestus erat. propterea quod
audieratis illum infirmatum.
Nam et infirmatus est usque ad
mortem. sed deus misertus est
eius. Non solum autem eius uerum
etiam et mei. ne tristiciam super
tristitiam haberem. Festinantius
ergo misi illum ut uiso eo iterum
gaudeatis. et ego sine tristitia sim.
Excipite itaque illum cum omni
gaudio in domino. et huiusmodi cum
honore habetote. Quoniam propter opus

xpi usq; ad mortem accessit. tradēs
aīam suam ut impleret id quod ex
uobis deerat erga meum obseq
uium.

III De cetero fratres mei gaudete in
domino. eadē uobis scribere. michi
quidem non pigrū. uobis autē ne
cessariū. uidete canes. uidete ma
los operarios. uidete concisionē.
Nos enī sumus circūcisio. qui
spū deo seruimus. et gloriamur
in xpo ihu. et non in carne fiduciā
habentes. quamq; ego habeam confi
dentiam et in carne. Siquis ali
uidetur confidere in carne. ego
magis. circūcisus octaua die. ex
genere isrl. de tribu beniamin.
hebreus ex hebreis. secundum legem
phariseus. secundum emulationē
persequens ecclām dei. secundum iusti
tiam que in lege est. cōuersatus
sine querela. Sed que mihi fuerunt
lucra. hec arbitratus sum ppr xpm
detrimenta. Uerumptamen existimo
omnia detrimentū esse. ppr eminē
tem scientiam ihu xpi dnī mei. ppr
quem omnia detrimentū feci. et ar
bitror ut stercora. ut xpm lucri
faciam. et inueniar in eo nō habēs
meam iustitiam que ex lege ē.
sed illam que ex fide est ihu xpi.
que ex deo est iustitia in fide ad
cognoscendū illū et uirtutē re
surrectionis eius. et societatem

passionū illius. configuratus
morti eius. si quomodo occurrā
ad resurrectionē que est ex mor
tuis. non quod iam acceperim
aut iam pfectus sim. Sequor
autem si quo modo cōphendam
in quo et comphensus sum a xpo
ihu. Fratres ego me nō arbitror
comphendisse. unū autem que qui
dem retro sunt obliuiscens. ad
ea uero que sunt priora extē
dens me ipsum ad destinatū se
quor ad brauium superne uo
cationis dei in xpo ihu. Quicūq;
ergo perfecti sumus. hoc sentiamus.
et siquid aliter sapitis. et hoc deus re
uelauit uobis. Uerumptamē ad quod
peruenimus ut idē sapiamus. et in
eadem pmaneamus regula. Imi
tatores mei estote fratres. et obser
uate eos qui ita ambulant. si
cut habetis formam nostram. Multi
enim ambulant. quos sepe
dicebam uobis. nunc autem
et flens dico inimicos crucis xpi.
quorum finis est interitus.
quorū deus uenter est. et gloria in
confusione ipsorū qui terrena
sapiunt. Nostra autē cōuersatio in
celis est. unde et saluatorē exp
tamus dnm ihm xpm. qui re
formauit corpus humilita
tis nre. cōfiguratū corpori
claritatis sue. secundum operationē

Dnica vicesima 3a p9 festū trinitat

IIII

[I]n possit et subicere sibi omnia.
Itaque fratres mei karissimi et desideratis-
simi, gaudium meum et corona mea:
sic state in domino karissimi. Euchodi-
am rogo et Sinticen deprecor idipsum
sapere in domino. Etiam rogo et te
germane compar adiuva illas
que mecum laboraverunt in evangeli-
o cum clemente et ceteris adiutori-
bus meis, quorum nomina sunt in libro
vite. Gaudete in domino semper iterum
dico gaudete. Modestia vestra nota sit
omnibus hominibus. Dominus prope est.
Nichil solliciti sitis, sed in omni oratione
et obsecratione cum gratiarum actione
petitiones vestre innotescant apud
deum. Et pax dei que exsuperat omnem
sensum custodiat corda vestra et in-
telligentias vestras in christo ihesu. De
cetero fratres quecumque sunt vera,
quecumque pudica, quecumque iusta, que-
cumque sancta, quecumque amabilia, que
bone fame, si qua virtus si qua
laus discipline, hec cogitate que et
didicistis et accepistis et audistis
et vidistis in me. Hec agite et deus
pacis erit vobiscum. Gavisus sum
autem in domino vehementer quoniam
tandem aliquando refloruistis pro me sen-
tire sicut et sentiebatis, occupati
autem eratis. Non quasi propter penuriam
dico. Ego enim didici in quibus
sum sufficiens esse. Scio et humi-
liari, scio et habundare. Ubique et in omnibus
institutus sum et saciari et esurire
et habundare et penuriam pati. Omnia
possum in eo qui me confortat.
Verumtamen bene fecistis communicantes
tribulationi mee. Scitis autem
et vos philippenses quod in principio
evangelii quando profectus sum a mace-
donia, nulla michi ecclesia communicavit
in ratione dati et accepti nisi vos
soli. Quia et thessalonicam semel et
bis in usum michi misistis. Non quia
quero datum, sed requiro fructum
habundantem in ratione vestra. Habeo autem
omnia et habundo. Repletus sum
acceptis ab epaphrodito que mi-
sistis in odorem suavitatis, hos-
tiam acceptam placentem deo.
Deus autem meus impleat omne desi-
derium vestrum secundum divitias suas
in gloria in christo ihesu. Deo autem et patri
nostro gloria in secula seculorum amen.
Salutate omnem sanctum in christo ihesu.
Salutant vos qui mecum sunt fratres.
Salutant vos omnes sancti, maxime
autem qui de cesaris domo sunt.
Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu
vestro. Amen. Incipit epistola pauli
ad colosenses.

[P]aulus
apostolus ihesu christi per vo-
luntatem dei et timo-
theus frater his
qui sunt colosis sanctis et fidelibus
fratribus in christo ihesu. Gratia vobis et
pax a deo patre nostro et domino ihesu christo.

[illegible]

que